



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Relatio Abbatus Polychronij de tribus monachis. Capvt. V.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

*1 Vide rem miram pro Altarium consecratione, & modo ea antiquis quoque Patribus fuit in vfu.*

*Relatio Abbatis Polichronij de tribus monachis,*

C A P V T. V.

**A**BBAS Polichronius eiusdē nouæ Lauræ præbyter, narrauit mihi, dicens: Cū sedere abbas quando in monasterio Turrium Iordanis, nūm illic ex fratribus animaduerti sui ipsius negligentem, & nunquam sanctæ diei Dominicæ Canonem implentem; post modicum verò temporis eundem aspexi cum omni studio, & alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei: Nunc optime facis, curam tui gerens, frater. Qui ait mihi: Domine pater, modo moriturus sum. Et post dies tres mortuus est.

**V R S V** S idem Abbas Polichronius narrauit mihi dicens: Cū in eodem monasterio defunctus esset quispiam frater, dixit mihi dispensator: Fac charitatem, & veni, vt fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cū ergo ferre cœpissēmus, aspicio dispensatorem fletum cui dixi Quid, quæso, ita ploras, Abbas? Qui, inquit, ille, hodie fratris vasa fero, & post dies tres alij portabant mea. Tertiaque die requieuit frater ille, sicut prædixerat.

*1 Ecce diem Dominicum sanctum, qui etiam apud antiquos Patres obseruabatur.*

C A P V T. VI.

**I**D E M etiam Abbas hoc narrauit, quod cū esset in monasterio Abbatis Constantini Ducis Monasterij sanctæ Mariæ Dei genetricis, quæ Noua dicitur, audiuit quendam fratrem in Aemodochio Hiericuntino requieuisse quē cū accepissent fratres, vt ferrent ad monasteriū Turrium, & sepelirent, ex quo iter agere cū corpore cœperunt,